VIII.

Partes Stellarum marinarum, aliorúmque Animalculorum marinorum hucuſque incognitorum petrificatæ.

Trochitæ rotundi cum et ſine modiolo, halone, et limbo diverſi coloris, et magnitudinis. Entrochi, ſeu Columnettæ rotundi ex iiſdem conflati, geniculati, et nodoſi diverſi col. &c. Trochitæ pentagoni cum ſtellulis, aut roſis in ſuâ ſuperficie planâ inſigniti, ac ideo Rhoditæ dicti. Eorumdem Entrochi ſeu Columnettæ pentagoni recti, et incurvati cum et ſine capitellis ſuis ad figuram ſtellæ accedentibus, et adhuc propriâ ſuâ tunicâ induti ex Anglia div. col. &c. Trochitæ, ſeu lapides ſtellares maiores radiis acutis cum ſuo halone in ſua extremitate ſubtiliter crenato div. col. &c. Entrochi ſeu Columnettæ ſtellares recti, et incurvati div. col. &c. cum nonnullis matricibus. ac denique varii articuli minores quorumdam Animalculorum hucuſque incognitorum.

IX.

Ovula Piſcium marinorum petrificata, cum Lentibus variæ ſortis. Hammitæ cum ovulis Piſcium marinorum div. col. &c. lapideis imprægnati. Lentes lapideæ, ſeu potius Ovula, aut Volvæ variæ viventum marinorum hucuſque incognitorum lapideæ Gallicæ, Hiſpanicæ, et Germanicæ div. col. &c. clauſæ, et horizontaliter apertæ, aut tranſverſim ruptæ, ut Embryo latens, vel ſaltem eius veſtigium appareat, cum eleganti, ac rarâ Earum matrice ex Hiſpaniâ.

X.

Lapides frumentarii dicti.

cum Foeturâ variorum Teſtaceorum, cruſtaceorum marinorum, aliorúmque Viventium hucuſque incognitorum imprægnati.

Lapides frumentarii dicti cum foeturâ plurium Stellularum, Cochleolarum, Conchularum &c. ac diverſorum Fungulorum clauſorum, vel apertorum, planorumque lamellulis circularibus, ac concentricis, vel lamellis ſpiralibus â peripheriâ ad centrum uſque regulariter ductis exornatorum &c. imprægnati, politi, et impoliti.

Beatus Franciſcus Maria Langius Phil. et Med. Doct. ſcripſit, et delineavit 6 Ian. 1737.